

Admodum reverende, et clariss. Vir, Dn̄ et Præceptor Colendijs:
 Gratissimas tuas, dū multūm̄ expectatas, misit mihi D. Alers. De
 affectu pronissimo, quem tota ille spirant, valdè mihi gratulor. Ceterum
 si tibi absentia mea fuit gravis, metire, quam acerbūm ^{sit} et damnosum
 mihi, qui cottidie solebam ab ore tuo pendere, et suavissimo celestis veri-
 tatis nectare imbui, tantū inter vallō à te vivere disiunctum.
 Sæpe frequas mihi fuit cogitatio de multis rebus, in quibus feliciter pro-
 ficere potuissem, si Tuam Cl.: consulere cretemus licuisset. Nihilō
 minus agoasco, non sine singulari Dei providentiā factum, quod hūc
 post obitum parentis vocatus sum. Nam et periculum imminerebat
 amittendā aut confundendā hereditatis, quā jam per gratiam Dei
 in tuto posita est: et ingrata illa lites cum nostratibz latius
 forsā erupissent, quā jam ex voto sunt compositæ. Iniquies
 hæcens publice dixi, non sine applausu populi. Omne odium, et
 omnes insidias versa sunt in amorem, benevolentiam, et, ut profitentz,
 serium salutis promovendā propositum. Ludred de novitatibus omnes
 silent: D. Professor Johannes Coccejus non amplius pro heterodoxo,
 sed strenuo habetur fidei Christianæ defensor. Sunt etiam
 inter nostros, qui aliquando filios suos, ubi eorū adoleverint,
 institutioni tuæ committent.

Non exiguā cum voluptate legi Defensionem Tuā Cl.: alteram
 contra J. Vossium. Animadverto, in nonnullis Tuam Cl.: in
 ista Scriptione profecisse. Dixisti verè et clarè, et quod maxime
 laudandum, mansuetè et moderatè. Hoc scilicet verè Christiani
 est: non verò fulgurare, et ælum terrā, æternam ælo miserè
 ubi à proximo offensus, et immerito provocatus fueris. Sed
 fere oblitus fuistem, pro duplii dono gratias agere. Sed
 Agre fero, Tuam Cl.: in Lexico scribendo rursūm sufflaminatam.
 Dea Deus meliora tempora! Brevis, ut spero, coram Tuā Cl.:
 alloquar. Animus enim est adire Gallias. Salveat à me multis
 nominibz honoratissima Tua Familia. Tu verò, Reverende
 Vir, vale et salve,
 à Discipulo, Tibi addictiss.

Amst. Anno 1664. d. 3 Maji. N. Momma.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Almoxim reverendo, claris
Simo Viro, Dno Johanni
Caccio, S. S. Theologiae
Doctori et Professori,
Fautori celeberrimo

Leiden.
die 20. mensis Junij.



[Small handwritten text or initials at the bottom left corner.]